

Rome, 15 févr. 1614. Bellarmin charge Alexandre Cervini d'écrire à
Marc. Ant. Bonciario. 133887

/ Alexander Cervinus, M. Antonio Bonciario, S.P.D. 1387

Libet amplissimo Cardinali Bellarmino avunculo meo, cujus nutibus
parendum mihi duco, prae plurimis, iisdemque gravibus occupationibus
suis, ejus nomine me tibi significare, gratissimas sibi fuisse lite-
5 ras tuas pridie Nonas Februarii datas, promissumque Poema diligenter
perlecturum, ingenuo, libereque, ut solet, judicaturum, etsi nihil, nisi
praeclarum, et eruditione tua dignum, sibi polliceatur. Haec obiter.
Nam altius aliqua seorsim mihi tecum repetenda sunt, quibus ut omis-
sis, ut minus commode explicatis, superbi, et ingrati animi vitium
10 non effugerem. Spacium praeteriit annorum ferme duodecim, ex quo,
Angelo Ciaia affini meo internuncio, me in tuorum amicorum numero
recepisti, meisque literis provocatus, non solum omni humanitatis
officio respondisti, verum etiam edita in luce epistola, nomen meum
(tui scilicet debitoris) immortalitati consecrasti

15 Vale. Romae XV. Kal. Martii 1614.

(adresse): Al m/to R/do Sig/re oss/mo il S/or Marc Antonio Bonciario
Perugia. (cachet)

Bibliot. Perug. B. 18 lett. 9. Bonciario. Carteggio Lat°. Orig. autogr.